



**Joannis Lensaei Belliolani, sacrae theologiæ Louanij
Professoris Oratio, Contra pseudopatriotas, hoc est, Romanæ
Ecclesiæ Desertores, qui se solos patriæ veros amatores esse
falso? iactitant**

<https://hdl.handle.net/1874/423318>

115
6


IOANNIS
LENSAEI BELLIO-
LANI, SACRAE THEO-
logiæ Louanijs Professoris

ORATIO:

Contra pseudosarpiotas, hoc est, Romana Ecclesiæ Desertores, qui se solos patriæ veros amatores esse falso iactitant.



COLONIAE,
Apud Maternum Cholinum.
M. D. LXXX.



ILLVSTRISSIMO EX-
CELLENTISSIMO QVE DO-
MINO, D. ALEXANDRO FAR-
NESIO, Principi Parmensi, Regie Catholicae
Maiestatis ditionum Belgicarum Gubernato-
ri, ac supremo exercitus Imperatori, Princi-
pi verae religioni deditissimo, & Do-
mino suo Clementissimo.

VAGNOS labores, grauiſ-
ſimasque in his rerum Bel-
gicarum turbulentissimis
motibus occupationes ve-
ſtras ; Illustrissime Prin-
ceps, ſi quisquam eſt, qui non omniſi fa-
uore prosequatur, indignus eſt profe-
cto, qui ex illis fructum decerpatur, que
omnes boni votis ardentibus iamdu-
dum expectant. Siue enim id agitur
Celsitudinis vestræ curis consilijsque
maximis, ut benè composita & ſectura
pace cūcti perſtruamur : ſiue ut Religio
Catholica Romana in ſumnum addū-
cta diſcrimen, iam tandem in tuto col-
locetur: quiſ eſt quem hic tam præcla-
rus piuſque conatus, ſi habere non po-
teſt adiutorem, certe fautorem habere

non mercatur atq; laudatorem? Equidem neque adiutor esse poteram , & laudatorem satis idoneū esse me posse, dissidebam . Veruntamen tantillum, Deo subministrāte, repertum est , quo præstantissima illa vestræ Celsitudinis in rem publicam Christianam officia agnoscere saltem me profiterer. Haec enim duas Orationes argumentis quidem plurimum discrepātes , sed his interim nostris temporibus accommodatas, ausus sum Celsitudini vestræ dedicare: sperans fore vt non esset ingratum, si Pseudopatriota suis depingetur coloribus, cum præsertim id agendi oblata nuper esset occasio . Orationem enim seu libellum titulo boni Patriotæ, quidam Gandauensium exciti furijs ediderunt inscriptum: ex quo sati perspici potest nihil interesse inter bonum Patriotam , & bonum Hugonottam. Hunc nos librum non tā quidem eruditum quàm popularem, cum legissimus , refellendum pari quadam oratione putauimus. Cui si quid etiam cōtra inualescentem ætatis nostræ Genethliacorum superstitionem, quod ante

DEDICATORIA.

5

ante annos aliquot publicè declama-
uimus, adiungeretur, non inutile futu-
rū existimaui, neq; iniucundum. Hoc
igitur nostræ tenuitatis munuscum,

Illusterrime Princeps, serena fronte
accipito; quemadmodum à no-
bis certè Christiano cando-
re, pioque fauore sanctis-
simi vestri conatus
offertur.

*Deus Opt. Max. Excellentiam vestram
Ecclesia sua servet incolumem & sem-
per iustam.*

A 3 CON-

6
CONTRA *Judeorum patrionas*, HOC
EST, ROMANAECYCLESIAE
desertores, qui se solos Patriæ veros amato-
res esse falso iactitant.

ORATIO.

EST cur superis singulares
agantur gratiæ. Iam enim
ex inopinato larvæ ponun-
tur, & occultata intra Rei-
pub. viscera pernicies, expe-
rimento quotidiano detegitur. Minus
deinceps ab illis impendebit periculi,
qui quod se futuros in amicitia simula-
rant, diu esse non posse declararunt. Iā
scilicet, quoniam id volunt, qui boni
Patriotæ soli sint, rerum gestarum ma-
nifesta testificatione cognoscitur. Mul-
tos antea viros nobiles hoc blandissi-
mum complectebatur nomen: qui ta-
men toto (quod aiunt) errant cælo, si se
Patriotas arbitrentur. Fuere paulo an-
tè & Abbates non pauci, & doctores
omnis ordinis, & magistratus egregij
in Patriotarum albo consignati. Sed
iam tempus aduenerat, ut communis
hic error tāquam caligo discuteretur,

in-

Ironia.

intelligereturque eos solos hoc nouo nomine dignos esse, qui nouæ cuiuspiam religionis placita consecarentur. At cuius, inquis? Cuiusuis (inquam) saltem hoc tempore, modò non eius quā Ecclesia Romana veneratur. Hæc vna ut suspecta, ut perturbatrix, ut patriæ noxia libertati remouenda atque exterminanda est. Fingere dicamur hæc, si non Gaudiensium incoepita plena furoris, si non editi pro horum defensione libelli sine fuso hæretici, si non claræ multorum voces, qui ab Romana religione descivierunt, manifestissime hæc eadem præ se ferunt. Sic illa scilicet apparent promissa magnifica de non violanda, imò etiam conseruāda Romana religione. Sic perspicitur quæ possit inter hæreticos (præsertim Calvinistas) & Catholicos vnonis constare societas; quæ ex illis Respub. vna cōflari; quod regnum illis sine discrimine permisisti confusisq; esse tranquillum. Denique hinc elucet, quid & initio cōfœderationis propositum fuerit, tametsi hoc suum consilium qualibet dissimulationis arte contegerent, quo faci

ORATIO CONTRA

Ius in societatem allicerentur iij, quorum se adhuc ope aduersus non cōtemnendum hostem suum indigere sentiebant. Itaque & ad eos nō modo asciscendos in societatem, verūm etiā Reipub. prēficiendos Ecclesiastici quidam prelati suum officium prēbuerunt, siue meliora sibi in religione syncerè pollicentes propter paetam fidē, siue de ijs, quos oderant hoc modo vindictam sumi posse, praevidentes: siue nihil aliud, quod magis de talibus viris cogitandū est, quam sui suarumq; dignitatum cōseruationem noui regiminis præsidio meditantes. Verūm euenit eis, magis que progressu temporum (ni benignitate sua omnipotens Deus impedit) eueniet, quod illis subinde videmus accidere, qui ad transiliendas fossas manus opitulatrices alijs porrigunt, dum eorum quos attrahunt incurſu violentiore sternuntur. Ad similem enim modum Ecclesiasticas præfecturas haud paucis in locis euertit incurſus valentior aduocati potentioris. Qui tanquam ponte ad trāſitum vſus, hoc quo fuerat adiutus, conatur rescindere, ne hostis eadem transeat, qua ille traieciſ-

FALSOS PATRIOTAS.

se cognoscitur. Hoc n. statim metuere, ne per quos dominatum acceperant, per eosdem ad illum ipsum amittendū via sterneretur , propterea quod suæ, hoc est, Romanæ religio videretur obseruantiores, eiq; addicti scrupulosius (vt aiunt) grauiter ferrent quotidianas eius iniurias . Itaque his iam carete se apertè velle demorātrant, tanquā per quos patria periclitetur libertas, idque propter vnam Romanam, quam profitentur, religionē, quā exploratissimū habere se clamitāt, Tyrānidis certā adiutricē esse. Neq; verò hos modo cupiunt è medio sublatos , verùm etiā Catholicos nobiles quoscunq; eo q; non possunt nō suspectos habere quorū suspectam habēt religionem : per quam introduci dicant ea quę solent metuere, inquisitiones, mulctas, rogos, & eā breuiter disciplinam , q; lasciuientē vivēdi p arbitrio libidinē cōprimit. Hui⁹ sectatores religionis (q; tamē sola vera religio, veraq; sapiētia est, ex qua sola illa existit multitudo sapientū, q; sanitas est orbis terrarū) nō dubitāt vitiatis male sani corporis hūorib⁹ similes facere:

A 5 vt

10 ORATIO CONTRA

ut sicuti per hos corpus humanum in
languore est, ita per illos fiat, ut Resp.
suo robore stare non possit. Ideoque
dandam esse operam omnem adhor-
tantur, quo his Respub. quasi vomitu
quodam liberetur, si sana, si firma, si se-
cura ac libera velit esse. Et ecclesiasticas
quidem personas tolerare se velle in ci-
uitatibus, neque gr̄e pati nonnun-
quam affirmant, sed ea iuramenta inte-
rim exigunt, quae integerrimos quoq;
cogant excedere, ea nimirum iurame-
ta, quae qui pr̄stent, hos & schismatis
ab Apostolica Petri sede, & rebellionis
aduersus Regiam Maiestatem scelere,
contaminari necesse sit. Ecclesiastici or-
dinis homines ferre se posse dicūt, sed
ita subactos, ita suas in partes tradu-
ctos, ita nimia (quam vocant) condes-
cēsione deformatos, ut veteris religiōis
vix signa cōspicias. Igitur ab eo quod
Gandauensi pacificatione fuerat con-
stitutum, ut sola in hisce prouincijs, ex-
cepta Hollandia & Zelandia, Romana
religio exerceretur, sic boni isti Patrio-
tæ putarunt esse discedendum, ut nec il-
lius iam religionis consortium perfec-
re se

re se posse proclament. Et hi tamē sunt qui Religionem fred, vt eam rem quæ maximè sit rationi & euangelio consentanea, semper habent in ore . Hoc ynum in Repub. bonum valere aiunt se cupere: Hoc donec vel impetratum vel extortum sit, nulos sumptus, nullum periculum, bella nulla esse recusanda. Sed profectò nisi sibi solis illam postulent, atq; etiam flagitent in religione pacem ac libertatem(hanc enim vox Germanica vim subiectā habet) non intelligo, quemadmodū hoc candidè satis possint videri postulare. Quæ enim erit alijs in sua religiōe pax atq; libertas, si eorū templa sacrilegorum violentia prophangentur? si sacra solennia peragere publicis de more populorum frequentationibus non finātur? si Romana religio vt meretrix quædam putidissima repudietur? Sibi ergo libertatem nobis seruitutem postulāt: Sibi pacē, nobis bellum: Sibi incrementa, nobis interitū. Voces ac verba sunt quasi desideratę pro vtraq; parte libertatis: sed res & facta sūt expetitæ in omnes dominationis seu potius tyrannidis

ii ORATIO CONTRA

dis. An sic perpetua quadam cœcitate
tenebimur, ut perfidā corū nequitiam
non animaduertamus? non facta cum
verbis, præstata cum promissis compa-
remus? Facile est verborum lenocinijs
omnia reddere plausibiliora, nihil tam
est incultum, nihil tā horridum, quod
non oratione splendescat & quasi exco-
latur. Verum studiosi⁹ hæc verborum
ornamenta quæruntur, vbi nativa re-
bus bonitas deest: sicuti etiā minus ver-
borum conuitia & fulmina metuun-
tur, vbi per seipsam rei præstantia ac bo-
nitas enitescit. Quid igitur magnū est?
se iā solos veros esse Patriotas iætitāt:
officia in Rempub. sua, affectusq; mira-
biles quo possunt verborum apparatu
commonstrant. Sed num ita stupidi c-
rimus, vt nihil minus in rebus appare-
re minimè sentiamus? Nos contrā pro-
pter religionem Reipub. paci & tran-
quillitati infestissimos quosdam faci-
unt inimicos: Sed erit cordat⁹ quisquā,
qui religionem Romanam expendēs,
eādemq; cum nouitijs istis cōparans,
non eam infinitis partibus vtiliorē Rei
pub. ducat? imò non hanç solā vtilē, so-
lam

lam retinendam, reliquas vt certā pestē
atq; perniciē è medio disturbandas ar-
bitretur? Et videamus obsecro quā pro
uidē patriæ cōsuluerint, qui imprimis
ex vno bello alterum sibi tuscitarunt,
qui conspirātes patriæ ordines, iniecta
dissidiorū materia, distraxerūt, qui bo-
nos omnes cœco furore suo grauiter
offensos abalienauerunt. Nemo certi-
or patriç hostis, quām is qui intra ipsa
eius potissimum viscera bellum ciet:
quo proculdubio debilitari, imò frāgi
celeriter Reipub. vires, breuiq; conci-
dere necesse est. Nam illud quidem al-
terum coniunctis, cohārentibusq; sui
corporis membris ac viribus, propulsā
ri fortasse poterat: Hoc vero inter ipsa
membra conflatum, qui possit ab in-
tercunte per ipsius delacerationē cor-
pore consopiri? Illius sperari finis tole-
rabi quadam compositione & Regia
benignitate poterat: At eius, quod pro
pter religionem sit implacabili parti-
um odio & irreconciliabili discordia
susceptum, quando sperari finis possit?
Deniq; si iuuādus erat hostis, vt sēpè lo-
quuntur, extern⁹, quānā id ratiōe certi⁹
fieri

14 ORATIO CONTRA

fieri poterat, quām si collectæ prius in
vnum patriæ vires intestino dissidio dis-
siparentur? Quos olim populos cōcor-
dia insuperabiles potentissimis princi-
pibus reddiderat, eosdem postea con-
culcandos atque obterēdos discordia
propinavit. Facilius diuisa seorsimque
sumpta tela franguntur, quām com-
muni vinculo vnum in fasciculum col-
ligata. Dicant igitur isti quo iure, quā-
ve ratione tam boni Patriotę censendi
sint, qui tantum nouorum malorum
~~in~~ Rempub. inuexerint. Parūmne clá-
dis prius bellum, quod ipsi quoque ac-
cesserunt, attulerat humanis rebus, di-
reptione facultatum, ruinis ædificiorum,
strage corporum, infectione &
populationibus regionum? Non fate-
rat ad patriam delassandam virium cō-
muni (ut ipsi quidem arbitrantur) ho-
sti, nisi hac altera diuisione, nouique
belli noua occupatione tantum illis
roboris accederet? Sint igitur isti amā-
tes patriæ, si hanc amare & eius quare-
re commoda censendi sunt, qui magis
perturbant, qui intemperanti zelo suo
in noua pericula, nouasque calamita-

tates coniiciunt; qui pessimo denique
 non seruati tā celebris pacti, adeoq; so-
 lennum conuentorum exemplo, spē
 nullam faciunt reliquā, posse per eorū
 promissa atq; sacramēta pacem rebus
 dari. Semper enim reperietur aliquid,
 propter quod priores ipsi promissis nō
 stetisse dicamur. Inuenietur quidpiam
 ad rem non pertinens, quo sedulis ru-
 moribus diffuso vel imperitę plebecu-
 le satisfiat. Quale fuit (neq; enim hoc
 mandare literis erubescunt) quod Au-
 striacus prior ipse pacta Gandauensia
 violārit. Quod etsi fecisset, quid id que-
 so istis ad iustam non seruādi pacti cau-
 sam serv̄ebat? Nūquid cum Austriaco
 pax inita fuerat, vt illo promissa soluen-
 te, pars altera libera redderetur? nō ne
 luce meridiana clarus est, non inter il-
 lum & patriam, sed inter eiusdē Patrię
 prouincias fœdus hoc pacis esse consti-
 tutum, quod ille postea partibus id
 communiter exigentibus amplexus
 est? Sed, sicuti dixi, nunquam deerit
 istius farinę hominibꝫ, quod veſt mani-
 festae perfidię suę prætendant. Sēper in-
 cidet noui quippiā, quod tēpus, quod
 res

res eorum, vtilitatesq; propriæ, contra
pœcta & promissa moneant esse facien-
dum: rectius vt istos Proprietas (liceat
enim mihi nunc istiusmodi nomina
fingere atque usurpare pro Latinis)
quam Patriotas appellaturi esse videa-
mur. Namque proprium quoddam ne-
gotium agentes impietatis suæ, nomi-
nibus tantum vtuntur publicæ tran-
quillitatis pacisque communis. His se-
tanquam ouium velleribus obuol-
uunt, multamque benevolentiam ore
subdolo mentiuntur, cum intrinsecus
sint lupi rapaces. Huc per eos procul-
dubio diabolus vnicè ac vigilanter eni-
titur, suuni vt regnum, hoc est infidel-
tatis & erroris, amplificet: At quoniā
si hoc à principio molitus fuisset aper-
tius, turbas continuo passus esset con-
tradicentiū & obiectatiū Catholico-
rū, cause sue, causam publice & politice
tranquillitatis adiūxit: adeoq; duas hasce
causas calidē pmiscuit atq; implicauit,
vt q; eius propriā reuera pmoueret, is-
tamen cōmuni patriç causæ studere ac
patrocinari videretur. Qua quidē arte
sua etiā viros bonos, sed min⁹ aduersus
talem

FALSOS PATRIOTAS. 17

talem hostem circumspectos, hos (in-
quam) specie recti circumuentos, sibi
quoque feruire coēgit, neque scilli ni-
si pene serō retraxere, cum videlicet ea,
quæ tanquam publicæ tranquillitatis
& libertatis gratia geri videbātur, ma-
nifeste iam traherentur ad illius cause,
quam diaboli propriam diximus, pro-
motionem atque triumphum: Verbi
gratia, Institutiones præfectorum, in-
uersiones magistratum, immisiones
præsidiorum in ciuitates atq; prouin-
cias, nōnne contra communis liberta-
tis hostem simpliciter fieri credidisses?
Non enim aliud inculcabatur frequē-
tius quam sic esse patriæ libertatem in
tuto collocandam. Re autem vera sub-
limiore consilio ad id comparabantur
hæc à principe tenebrarum, vt mini-
stris suis etiam Catholicorum Eccle-
sias patefaceret, qui publicis concioni-
bus atque exercitiis prophani cultus,
& sanos quos possent corrumpent,
& insanos amplius vehementiusq; de-
mentarent. Quid enim? nōnne hi fru-
ctus pestiferi in beneconstitutis antea
ciuitatibus, speciosam illam prouide-

tiam consequuti sunt, qua pro publi-
ca libertate vigilari præcipue videba-
tur? nónne mox, vt sua patriæ libertas
remaneret, Christi templa, virgines,
ministri suam libertatem amiserunt?
Itaq; celeriter apparuit eos, qui tanto-
pere Patriotarum nomine & æqui ho-
nestiæ, titula gloriabantur, sacrilegos
esse violètissimos, nephandissimos vir-
ginum constupratores, furiosissimos
persequutores sacerdotum, & aliena-
rum opum iniustissimos inuasores.
Licuerit vt in eis deprehendere inuer-
sam illam Sileni faciem, foris magnifi-
cam & quantius pretij, intus vero olla
furoris, odij, crudelitatis, ambitionis,
auaritiæ, gulæ, sceleratæq; libidinis igne
succësam. At his (inquis) nihil est inte-
rim securius, nihil expeditius cōtra Hi-
spaniensem tyrannidem. At quid si (in-
quam) Hispanica tyrannis nulla sit, sed
illi tales Patriotæ per singulas ciuitates
in optimos quosque tyrannidem exer-
ceant? Quid si desunt oppressores Hi-
spani, sed non desunt Angli, Scotti,
Germani, Galli, & nostrarum prouin-
ciarum purgamenta? Mutata quidem
tyran-

tyrannis erit, sed tyrannis profecto nō
 aberit. Quæ mutatio multos iam è vul-
 go homines, præsertim rusticanos, vñ-
 que adeò parum delectauit, vt satius
 fuisse dicant Regia manu, quām ab isti-
 usmodi latrunculis nihilominus ex-
 ternis & barbaris spoliari. Viderunt
 hoc quoque non pauci, tyrannidem
 hāc Pseudopatriotarum duplici nomi-
 ne intolerabilē esse. Vno, quia corpora
 premat, marsupium exhauriat, rem
 corruptat, & quid dico corruptat?
 imo euertat penitus ac pessundet, do-
 mesticam vitam esse denique acer-
 bam cogat. Altero, quia iugilet etiam
 animas iniquissimis passim iuramen-
 tis, ad eum excogitatis finem, vt eius-
 dem omnes operis atque instituti, hoc
 est, rebellionis ac schismatis participes
 tenerentur. Hoc quippe vehementer
 studio habēt, vt omnes, quoad possint,
 sui similes efficiant, quo pariter omni-
 bus duorum grauiissimorum criminū
 cœno conspurcatis, vnā cum Regere
 decundi in gratiam desperatio stimulos
 addat ad obstinatè resistendum acrio-
 res. Non enim de pace, sed de bello

cogitant: neque de venia, sed de continuandis iniuriis fatagunt: neque postremo id agunt, vt ie diuinitus constitutæ potestati submittant aliquando, sed vt eam sibi parent Repub. formam, in qua amoto regio motu, ea quam semper & in votis & in ore habent, viuendi libertate securè perfruuntur. Vnde profectò clarè perspicitur, quām benè de Repub. mercantur laruati isti Patroxitæ, qui obfirmatis animis belli cogitationibus insistentes, si quid succi reliquū in exhausta patria, si quid viriū ac nctuorum in debilita & fracta, si quid boni coloris in miserabiliter deformata supersit, id ad extremum usque consumere & exterminare decreuerint. Ac tolerabile quidē fore, si longiore, quām par sit, bello, tantisq; patriæ impendiis, inuasor quispiam alienorum finium, aut fidei hostis arceretur. At modo contra proprium ac naturalem Regem, contraquæ Deum ipsum, vt eius regnum auferatur à nobis, miserandæ patriæ opes & tela torquentur: & quasi bene esse regno fine obedientia possit, erecta secundum

FALSOS PATRIOTAS. 21

mel ceruix per superbiam, in funesta
rebellione persistit. Et vbi ergo expre-
sum illud Dei verbum literis Aposto-
licis comprehensum relinquitur: Om-
nis anima potestatibus sublemioribus
subdita sit? Sed scio, quid hic in prom-
ptu habere soleant. De tyrannis (in-
quiunt) illud Dei verbum non intelli-
gitur, neque illi sunt, quos potestatum
sublimiorum nomine diuina scriptura
complexa est. Atqui non mediocrem
tum tyrannidem, præsertim in Chri-
stianos exercebant principes ij, qui or-
bis terrarum gubernacula susceperant.
Quis enim Neronis aut Domitiani cru-
delitatem tot scriptorum literis cele-
bratam ignoret? Et Christianis ta-
men beatus Apostolus loquitur, Chri-
stianos adhortatur, imo Christianis
præcipit fluentem ex ordine constituto
diuinitus obedientiam. Hac nihil pro-
pemodum commēdat vigilantius, ni-
hil inculcat frequentius, quo non so-
lum bonis ac modestis, verū etiam
improbis ac crudelibus præfectis illa
deferatur. Neque verò nesciebant illi,
quod isti tam attentè notarunt: Magis

22 ORATIO CONTRA

oportere Deo obedire q̄ hominibus.
erat. n. vbi hoc p̄eclarē exequerentur,
quando quæuis potius tormenta sibi
perpetienda putabant, quam in impie-
tatem cōsentiendum. In reliquis verò
legem de obediētia diuinitus promul-
gatam promptè sequebantur. Non ex-
cutere nitebantur graues sibi ac mole-
stas superiorum potestates, tametsi ita
numero valerent, sicuti ex Tertulliano
& Eusebio constat, vt id hanc dægrē al-
quando posse videtur: sed Dei dis-
positione contenti, à quo dāri sciebat
imperatores & reges, obedientiam pa-
tientiæ virtute r̄oborabant. At nostri
obedientissimi Patriotæ, cuius regis o-
derunt in religione pietatem, eius ni-
tuntur demoliri atq; deiicere potesta-
tem. Metuant (credo) tanquam prouid-
i propter infirmitatem, ne qua detur
occasio martyrij, si is ad iura redeat suæ
potestatis qui eorum professioni sit in-
festus. Sed omitto modo quid timeat.
Hoc tantum considerent velim: Si re-
gem nolūt ipsi habere nisi hæreticum,
aut certè hæreticis quæcunque popo-
scerint annuentem, nihil esse miran-
dum,

dum, si rex Catholicus subditos habere nolit nisi Catholicos. Quod si variis in prouinciis schismatici principes hoc sibi concedi volunt, ut eadem religione vtantur omnes subditi, quia ipsi vtuntur, cundemque habeant in religione ducem, quem suspiciunt Rcipub. moderatorem, quanto magis id Catholicco principi concedendum est, qui religionem à subiectis populis non requirit, nisi quam ex longa iam prædecessorum regum serie, quasi hereditario iure & sibi relictam accepit, & suis in prouinciis per tot sœula huc usque obseruatam inuenit? Tam deinde vindendum est, meliusne consultum patriæ foret, si ea potius, quam amant, quam si nostra, quam vehementer oderunt, Religio locis passim omnibus obtineret. Ac principio notanda nobis est sententia sapientis non ignota, neque incelebris illa: Iustitia eleuat gentem, miscros autem facit populos peccatum. Si enim elenat atque euicit gentem iustitia, ergo ea religio patriæ cōmodis aptissima est, per quam maximè iustitia efflorescit ac regnat.

Sin miseros facit populos peccatum,
maximeque de statu deiicit, cui dubium
esse potest, quin ea sub specie religio-
nis introducta professio maximè Rei-
pub. nocitura sit, quæ plurimum inue-
hat peccatorum? Quid autem non in-
uehat scelerum ea possessio, quæ nullū
incutit metum delinquenti? Etenim
mortales plerique omnes, si permissi
libertati suæ fuerint, passim in scelera
mira pronitate rapiuntur. Neque vero
ad eos reuocandos promissa fuerint sa-
tis, suppliciorum severitatisque metus
accedat necesse est, quo effrænata illa
peccandi libido cohiberi possit. Nam
boni quidam (ut illo carmine tritum
est) oderunt peccare virtutis amore,
sed mali oderunt peccare formidine
pœnæ. Quid igitur in Repub. noua ista
professio libertatis, nisi vt peccatis tan-
quam rapido cursu inundantibus, ipsa
funditus intereat? Cuiusmodi enim
procreat filios nisi filios Belial, id est,
absq; iugo, per quos abundat propin-
quante fine seculorum iniquitas, & re-
frigescit, sensimque extinguitur chari-
tas multorum? Horum quoniam in-
gen-

gentem esse hac tempestate numerum non nesciunt boni Patriotæ, Romanam religionem plausibiliter accusare se non dubitam, cum per eam reuocari dicunt exilia, reaccendi rogos, patibula restitui, atque ab inferis (ut aiunt) veteres illas omnes poenarum formas excitari. Atqui si sapiunt, hinc potius collaudanda religio est, si eius beneficio haec aduersus Reipub. corruptores reuocantur. Sic enim illa colitur iustitia, quæ eleuat gentes: sic exterminatur peccatum, quod cum impunitum iustitiae neglectu relinquitur; miseranda consequitur etiam florentissimorum deiectione populorum. Inde enim, si verum fateri volumus, nostræ quoque manat deiectionis origo. Paruæ quædam scintillæ, quæ initio, si vigilatum esset, opprimi potuerant, hoc nobis tantum incendium patriæ procrearunt, quantum per annos iani cōplures magni Catholici principis studio extingui non potuit. Ac fit hoc fortassis ira Dei iustum supplicium de prætermissa iustitia reposcente, ut quia qui præcerāt rebus, cum possent, nollent, iam cum

& maximè velint, non possint. Semper enim eos admonuit vera religio officij huius sui, ut intelligerent iustitiae se ministros esse, neque sine causa gladium circumgestare, sed vindices in ira esse aduersus eos, qui nequiter agunt. Idcirco (sicuti eodem in loco scriptum est) principes timori sunt non his, qui patratores sunt boni operis, sed his, qui authores sunt mali. Timor hic, custos est publicæ tranquillitatis & pacis. Sine hoc timore nulla vñquam diu Respub. stetit. Per hunc timorem tuta degere potest innocentia, quæ, illo sublato, nec mœnium quorumcunque præsidio defenditur. At esset tolerabile, si hoc regio sublato metu diuinum saltem inculcarent, hominumque pectoribus suarum frequentia cōcionum incuterent. Timore enim Domini plenius multo efficaciusque peccatum excludit, quam principis metus. Nam qui Dominum timet, is non modò sibi ab opere nephario temperat in hominum oculis, verum etiā ab effectu & cogitatione in abditissimis cordis recessibus, vt remotis arbitris

FALSOS PATRIOTAS. 27

tris solum habet Deum inspectatorem. Sed nunc hunc saltem commendant diuinæ severitatis metum? minimè generum. Seruile namque hoc nimium a iunt esse, negantque hoc timore abstineri à peccato. Efferunt igitur perpetuo, quibus possunt eloquentiae suæ neruis, cœlestis patris misericordiam: hanc intueri, præterita eiusdem iustitia: de hac omnia sibi polliceri, nō obstante iudiciorum eius metu, iubent. Denique minas Dei suis cupiditatibus postponentes, deq; eius bonitate blandientes sibi ad impunitatem, hoc usurpant familiariter, quod tamen dici Sapientis vetat: Misericordia Domini magna est, peccatorum nostrorum non recordabitur. Ex eiusdem misericordiae infinita magnitudine nasci volunt, ut si quisquam exciderit à gratia Dei, facillimus minimeque laboriosus ad eandem ei redditus pateat, sine contritione, sine satisfactionibus, citra exomologesim delictorum. Quid? quod nec precibus ullus hic ab iis relinquitur locus? Non enim remissionem sperari dandam, vt ex spe oriri depre-

Ecclesiast.
cap. 5.

28 ORATIO CONTRA

deprecatio possit, sed credi iam per Christum datam, ne oratio, qua Deo proxima supplicetur, deinceps nulla sit, assertunt oportere: In tanta, tamque blanda misericordiae facilitate, seu potius in tam impia presumptione de misericordia Dei, quis non peccet proculius? quis non frequentius multo quam si quid metueret, inquietur? quis lapsum magnopere refugiat, qui lapsu nihil acerbum timeat, nihil metuat triste? Quis huius talis doctrinæ concinatores non protinus Reipub. Christianæ corruptores esse deprehendat? Sed est & aliud tam in eorum doctrina non paulò vehementius ad spargendum peccati contagium. Negant ullum esse liberum arbitrium in hominum natura, Deumque afferunt tam peccati in nobis quam boni operis auctorem existere. Dic mihi, ô bone Patriota, si hanc magis doctrinam homines sequerentur, quam interdum vincentur naturæ bonitate, quibus legibus, quibus iudiciis contineretur Repub. quæ sine libero arbitrio superuacanca esse noscitur? quæ foret virtutis laus,

laus, quæ accusatio vituperatioque vi-
 torum? quis aut priusquam delique-
 rit, lapsum canere studebit, fatalem
 quandam ex ordinatione Dei necessi-
 tatem cogitans: aut posteaquam deli-
 querit, se peccasse dolebit, etiā in pec-
 cato suo diuinum opus agnoscens?
 Neq; verò humana modò iudicia, ve-
 rūm etiam diuina sustulisti. Etenim
 haud satis apparet quemadmodum sit
 Deus iudicaturus hunc mundum, vt
 bonis pro virtute præmia, malis pro
 peccato supplicia reddat: cùm ratione
 careat, vt quisque aut pro eo, quod nō
 ipse fecerit, coronetur: aut pro eo,
 quod in ipso fecerit Deus, diuina nihi-
 lominus sententia torqueatur. Tam
 necessarium esse liberum arbitriū Rei-
 pub. Cicero vidit, prouidentissimus e-
 ius administrator, vt cum non satis cō-
 gruere cum Dei prouidentia ac præ-
 scientia liberum hominis crederet ar-
 bitrium, Deum negare maluerit præ-
 sciūm esse futurorum, quàm naturam
 ratione præditam præstantissima hac
 arbitrij libertate spoliare. At isti minus
 ad moderandam semper Rempubl.
quàm

quam ad candem perturbandam atq;
euertendam intenti, seruata Dei præ-
scientia rerum, liberum esse hominib.
arbitrium negare maluerunt: cum y-
trumque recta fides afferat, atque alte-
rum cū altero aptissimè pulcherrime
que videat cohædere. Ad eandem scili-
cet stabiliendæ Reipub. curam pertinet
quod de obedientia statuunt, nullam
revera deberi principibus vinculo cō-
scientias obligante: vt deleatur illud
Apostoli verbum: Non tantum pro-
pter iram, id est, vindictam, sed etiam
propter conscientiam, ne Deus offen-
datur. Itaque si minæ, si terrores, si fla-
gra cessent, obedientia nulla erit, ad
quam cōscientiæ motus nullus impel-
lit. Et bene se habere diu Respub. po-
test, vbi obedientia nulla nisi extorta
est? nulla nisi fucata & fallax est? nulla
nisi quæ defessa tandem metu (nullum
quippe violentum perpetuum est) iu-
gum excutit omne superioris ac legitimi-
mæ potestatis? Rursum quantum ad
ornandum probatis moribus Rempu.
cōducibilis est recordatio æmulatioq;
maiorum, tantum exitiosa est ingrata
corun-

eorundem obliuio, tantumq; confert
 ad omnium colluuiē vitiorum. Quid
 autem sacris picturis abolendis imagi-
 nibusq; tollēdis aliud per hos molitur
 diabolus, quām obliuionem hāc tam
 noxiā veteris Ecclesiæ virtutum ma-
 iorumq; nostrorum? Hinc facilis quā
 cuiusquam sanctorum iconas, pictu-
 ram ferunt talem, qualis illa erat, vbi
 primum Aeneas ausus est sperare salu-
 tem, & afflictis melius confidere rebus,
 depictas scilicet animaduertens Iliacas Lib. 1.
 ex ordine pugnas, bellaque iam fama Aeneid.
 totum vulgata per orbem; aut certè ta-
 bellam illam, in qua inerat depictum,
 quemadmodum Iuppiter in gremium
 descendit mulieris per impluuium im-
 bris aurei. Ex quo deinde citius ad im-
 puras libidines cum simulato illo Eu-
 nucio, quām Magdalena lachrymāte In Eunuch?
 ad similem pœnitentiā prouocarētur.
 At quis possit (inquiunt) idolo cōspe-
 cto, ad ullum virtutis officium prouo-
 cari? Hoc ergo illud est propter quod
 Gandauensiū in templo bacchatio, etiā
 pietas videri gestit, quod idola (quem-
 admodum iste ait) duntaxat nostra
 sustu-

32 ORATIO CONTRA

sustulerunt. Quanquam & pueri norunt iis nullam inesse diuinitatem, neque aliter prætcreuntes, aut genu flectunt, aut caput aperiunt, quām audi-
dito nomine Iesu, in quo omne genu
flectitur cœlestiū, terrestrium, & infer-
rorum. Signa quippe didicerunt esse
hæc omnia, sed illa ad oculos pertinen-
tia, hoc ad aures. Qua de re, vt dicatur
prolixius, non huius est instituti. Sed
profectò si ex his nostris spectabilibus
signis nullam spiritualem vtilitatem
capere potuerunt, crumenalem non
neglexerunt, in materiā magis, quām
in significationem intenti. Videbant
vnā mecum Parisiis hanc Gandauen-
sium sacrilegā negotiationem optimi
quidam ciues nō sine dolore summo,
veteraque nouorum occasione, Gan-
dauenſium merita memoria repe-
bant: pro quibus quid dignissimi essent
perpeti, liberius in sua ciuitate, quām
si Gandaui fuissent, loquebantur. Cæ-
tera breuiter percurramus, quibus no-
ua religio ad Christianorum morum
integritatem (nam Christianam non
gentilem Rempub. volumus) mirabi-
liter

liter scilicet consulit. Sectatores eius homines carni dediti, mancipia voluptatum, & in hac ipsa tamē turpissima feruitate sua, mirè sibi de sapientia blādientes, irrident veteris hominis castigationem, quæ per ieitūnia, orationes, vigiliasque suscipitur. Negant illa valeare ad abolitionem peccati, negant ijs deniq; quenquam effici meliorem atque iustiorem. Nunquid non meliore in statu foret Christiana Respub. si magis hæc studia pietatis ac sobrietatis quam si crapula, ebrietasque vigerent? An non obscurum est nos, in hoc præsertim Belgio, illis vitijs in hæc malorum esse deductos, quando non hominum modo vulgus ea pene pro nihilo putabat, verum etiam non infimæ quidam fortis nobiles, tametsi plurima possiderent, plus tamen multo quam haberent, illis ipsis vitijs indulgendo consumerent? Quæ enim hinc agitata consilia sunt, quæ rerum molimina cōsequuta, prudentiores meminerunt. Iam mirandum non est si non admundum studiosè ipsi datam hominibus feruent fidem, cum eam quæ Deo data

C fit

fit publica etiam solemnij; professio-
ne, doceant non esse seruandam . Ad
hunc igitur modum & arctioris dis-
ciplinæ neruos incidit noua religio, & sa-
cilegis fornicationibus sub specie ma-
trimoniorum electis, Rempub. passim
labefactat. Neque ego hæc incontinen-
tiæ vitia nego sub nostræ quoq; profes-
sione religionis existere: verum nō ma-
gis ad eius accusationem redundare cé-
senda sunt, quam ad accusationem de-
calogi adulteria , cædes⁴, furtæ perti-
nent: quæ tametsi grauib⁹ culpis & cre-
brò perpetrantur, lex tamen ipsa quæ
prohibet, sancta est, & mandatum san-
ctum, & iustum, & bonum, quēadmo-
dum ait B. Apostolus . Aliud profecto
est, non obstante doctrinæ sanæ cohori-
tatiœ, propter hominū fragilitatē aut
nequitiā vitiosos mores existere : ali-
ud, eosdē mores ex ipsa doctrinæ praua
radice pullulare . Doctrina Catholica
& Romana tanquam rete est, quo capi
untur & boni pisces & mali. Adducun-
tur enim concludunturq; eius prædica-
tione & ij qui parent præceptis ab ea le-
gibus, vitamque agunt suæ professioni
re-

respondentem; & ij, quorum s̄epe (vt
ille ait) cum vita mirabiliter pugnat o-
ratio. At h̄ereticorum doctrinæ pro-
priæ non nisi malos capere possunt pi-
lices: propterea quod cum prauæ fallæ-
que sint, non possint earum accuratissimi
obseruatores non esse mali. Quin
tanto euadunt etiam deteriores, quā-
to plus ardoris & contentionis adhi-
bent ad noxij dogmatis cultum & pro-
pagationem. Ac sicuti cum præter vi-
am rectam currus agitur, tanto plus
aberrabit, quanto celeritate maiore ra-
pietur: ita hi qui falsum & commenti-
tium in religione dogma complectū-
tur, maiore vi, studioque promptiore
magis præcipites ruunt. Non operæ-
preium esse puto cætera omnia nouæ
religionis placita persequi, quibus Rei
publ. Christianæ malè consulitur. Quę
si non doceant delinquere, certè lan-
guorem afferunt operibus bonis stu-
dijſque virtutum. velut illa: In singulis
operibus bonis peccare iustum etiam
mortaliter. Dei mandata factu impos-
sibilia esse. Mercedē bonis operib⁹ nul-
lam deberi. Certum salutis præsidium

in ynā speciali fide confistere, & alia e-
iusmodi, quē commemorare longum
esset. Cum igitur per singulos suā pro-
fessionis articulos , nocentissimi esse
Reipub. demonstrant nouā religio-
nis iecitatores, quid causæ est, cur adeo
præ hac videatur Romana Religio a-
cerba & grauis, cuius imbuta præcep-
tis Respu. Christiana , in omni semper
virtutum genere floruerit? Primum,
quia ex oīa virtus est hoc seculo nequā
& libertas carnis inimica virtuti, nimi-
um optabilis, nimiumq̄ue iucunda; eo
fit, vt quæ huic Religio docendo con-
tradicit, quæ hanc iudicando condem-
nat, quæ disputando traducit, quæ pre-
cipiendo ac prohibendo refranat, quæ
vbiique obstrepit, modisq̄ue omnibus
se se opponit, ḡiara esse non possit. De-
inde necio quid prætexunt quod sit in
ea plusquam tyrranicum. Certè quod
Turcicam tyrannidem lōge exuperet,
Quidnam ergo illud? Quod Turca qui-
dem corpora modò sua tyrannide pre-
mat: Romana verò Religio etiam ani-
mas - O Patriotatum animæ nimium
fracte luxu atque dissolutę: Scilicet Ec-
cle-

clesiastica instituta, quæ longa contra-
riæ desuetudinis mole pressi grauia sibi
esse sentiunt atque iniucunda, ad tyran-
nidem propterea pertinebunt anima-
rum. Quæ tot igitur hominum piorū
myriades & latæ atque alacres, quia re-
uera suauia sunt, & magno cum ani-
marum suarum fructu, quoniam salu-
tifera sunt, hactenus diligenter obser-
uarunt, ea quidam voluptatum magis
amatores quam Dei, quod insipida sic
affectis & molesta videantur, plena ty-
rannidis esse tam impudenter pronun-
ciare minimè verebuntur? Cur non &
Deum ipsum tyrannicæ crudelitatis ac-
cusant, qui propter adumbrandas præ-
cipuæ res aliquando vēturas, tam mul-
tis, tam varijs, adeoque grauibus præ-
ceptis Iudeorū animas onerauit? Quia
non ætate Christi Ecclesia istiusmodi
tyrannidem exercuit, si tyrannis est,
iciuniotum, exomologesis & continē-
tiæ disciplina? Si quod submolesta sunt
carfi, idcirco tyrranide premunt, ne-
que lex ipsa decalogi, neque præcepta
Christi hac tyrranide carent. Quid dif-
ficilius quam diligere suum inimicū,

& ei cum malefecerit, non solum benedicere verum etiam benefacere? Quid molestius carni quam abnegare semet ipsum, totumque se alterius committere voluntati? Quid grauius quam edisse patrem & matrem, quando a Christi vel leuiter trahunt instituto? Si in exequendis Christi præceptis nulla difficultate, nulla tentatoris impugnatione laboraretur, cur esset scriptum: regnum cælorum vim pati, & violentos rapere illud? Et scriptum est interim, mandata eius grauia non esse: ut intelligeretur ea proculdubio per se ipsa, & suapte natura non esse grauia, ac si quid in ijs implēdis molestiæ suboritur, id non ex natura præceptorum, sed ex innata cupiditate aut praua consuetudine proficisci. Id quod de Ecclesiasticis quoque præceptis iure dixerimus, quæ reuera Christi manda ta sunt: quoniam non admodum interest, per seipsum ille, an per suam Ecclesiam quicquam præcipiat. Quo fiebat ut dicere non dubitaret Gentium Apostolus, sua præcepta, Dei esse mandata, quod videlicet diuina autho-

authoritate tanquam eius minister atque vicarius præcipiteret. Ecclesiæ igitur instituta grauia non sunt per se se quidem, sed non amanti profecto sunt grauia. Quid ergo illi videantur, qui ferali eorum odio iam laboret? vide- licet hinc oritur illa tam grauis accusatio, ut tyrannidem dicantur acerbissimam injicere in hominum animas. Sic tyrannidem filio videtur exercere pater, quando ea quæ vehementer ille detestatur, præcipit. Vnde cùm Pamphilo dixisset Pater: Vxor tibi ducenda est hodie, para, abi domum; quod magis vago & fornicario concubitu delectabatur, coniugijque vincula vehementer oderat: Id visus est (inquit) mihi dicere: Abi cito & suspende te. Nescio an tale isti quiddam audire sibi videantur, cùm illis Ecclesia mater dicit: Hodie vel hoc tempore peccata vestra sacerdotibus Dei confiteamini, volo. Certè quanto magis ab eo abhorrent, tanto grauior tyrannis existimatur Ecclesiæ, quæ id & iudicando fieri oportere decernit, & præcipiendo requirit. Atqui perutile

Apud Tere
tium in An
d.ia.
Act. i. sc. 5.

est hoc confessionis institutum, plurimumque reuocat à peccando? Sed hoc Libertinorum genus, non quid utile fit spectat, verùm potius quid auditu iucundum, factuque facile atque suave. Quæ cum & quærunt ipsi, & suis auditöribus illecebrosa sermocinandi blandiloquentia parant, veriorem exercent tyrannidem in animas infelixes, quas dilectionis specie miserabiliter trucidant: sicut simia(nam & hereticos simijs interdum B. Cyprianus comparauit) quæ natos suos constringendo, præ amore necat. Non eos præceptis quidem onerant, sed diuinis etiam legibus absolutos, planeque ex leges, nullo iam retinente salutis vinculo, ad tartarea tormenta dimittunt. Non eorum conscientias ullis bonis legibus obstringunt, sed laxando faciunt, vt iam nec conscientia mali viuere nequiter erubescant. Quid autem in eos quos nondū omnino fecere suos nullamne tyrannidem exercent? Omitto, quod plusquam Turcica barbarie saeuiant in corpora, animas profecto non desinunt aut veritatis insectatio-

tione torquere, aut terendo vel circū-
ueniēdo grauiter sauciare. Sed hic præ-
tereo quæ de istorū dici tyrannide pos-
sunt. Disertiores enim hic esse possum^o
in eos quam illi in nos, ipsa refulgentis
veritatis euidentia mirabiliter suffragā-
te. Nunc breviter ac pro instituto com-
monstrandū est q̄ postremo fuerat lo-
co reseruatum, Romanam ecclesiam
non modo non sic despiciendam esse,
vt vbi de patria libertate agitur, non
admodum curandum sit, quomodo
se cius amplitudo, dignitas, libertasq;
habeat, quod isti iam aperte profiten-
tur: verum hanc vnam Ecclesiam esse,
cuius in omni tractatu atque negotio,
sive publico, sive priuato, summa sem-
per habenda ratio sit, ne qua in parte
authoritas eius maiestasque lēdatur.
Ac principio quidem animaduerten-
dum est, istos impostores Proprietas
sic initio simplicioribus illusisse, vt di-
cerent, atque in id cum cæteris cōmu-
nem consensum faterentur, cauēdum
imprimis esse, ne quid Ecclesia Dei san-
cta caperet detrimēti: Cumq. hic adde-
rent quidam Ecclesiam se Catholicam

& Apostolicam intelligere, tametsi Catholicum nomen non facile soleat hæreticus interrogatus vbi ad Catholicam conueniatur, suis conuenticulis ascribere, ob nouitatē credo, sui, paucitatemq; rubore suffusus, tamen hoc ipsum se quoq; quoniā haberi Catholicī dicique volunt, intelligere professi sunt. Catholicum enim nomen à vterum vsu propriāq; significatione detorquentes, nešcio quid integratatis fidei significare contendunt, cum ex eo primū dicta sit Ecclesia Catholica, quod prædicatione Apostolorum, & viorum Apostolicorum cœperit per totum, hoc est, per omnes se mundi partes & regiones porrigit, incipiens ab Hierosolymis, sicuti scriptum erat: De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem; sensimque se per omnia orbis loca diffundens, ut esset Deus, iuxta Prophetæ vaticinium, omnis terra Deus. Cum autem à circunspectiorib; tertium additum est nomen, vt Ecclesiam Catholicam Romanam inuolatam seruari dicherent oportere (Catholicam enim Romanam dicimus nunc
vt iam

vt iam olim Christiani Catholici, cœptum est dici) non quod vlla sit Ecclesia Catholica quæ non sit Romana, hoc est adhærens Petri successori ad hoc usque tempus Romę residenti, sicuti nec vlli reuera Christiani fuerunt, qui non essent ijdē Catholici, sed quū schisma & hæresis hac tēpestatē, alterum quidē sibi assumat, alterum verò refugiat, vnum alteri coniungimus, vt verā Christi Ecclesiam designemus. Hoc igitur addito nomine, hic primum se deserto res ei⁹ esse, hoc est schismaticos, satis in genuè professi sunt, deinde operam se nihilominus datus promiserē, vt illi libera atq; illibata permaneret, vbi sola publicis exercitijs obtineret principatum. Hic igitur fidei synceritatisq; fucus, Catholicos atq; schismaticos homines in vnam societatem ad debellandum ciuicæ, (vt aiunt) libertatis hostē, coadunauit. Sed quoniam reuera nihil aliud quam fucus erat, qui celeriter fumo calidiore solutus ac dissipatus evanescit, mox natiui coloris, hoc est, latentis in animo perfidia& prauitatis

tatis deformitas apparuit. Continuò
pōst, dissimulationis arte relictā, non
in angulo quopiam obscurōe loco,
sed in celeberrima, amplissimāq; Gan-
dauensium ciuitate, cœpit Ecclesia
Romana vim pati. Ac ne populari fu-
rore seditionis forum hominū res magis
acta putaretur, quām industria atque
consilio, editis etiam libellis factio to-
ta collaudatur atque defenditur: & ad
eum quidem modum, vt non sine sto-
macho absurdum esse declaretur, tan-
tum semper huic Romana Ecclesiæ
concedere, quæ non sponsa Christi sit,
sed meretrix, quæ denique bestiæ quo-
que nomine in Apocalypsi B. Ioannis
Apostoli designetur. At nos eam ipsā
quam sic despiciunt atq; execrantur,
& conspuunt, tanti facimus, vt solam
veram Christi Ecclesiam esse minime
dubitamus. Ideoque nihil esse miran-
dum, si dignitatis eius, si libertatis &
amplitudinis summam semper haben-
dam esse rationem arbitremur: si pro
eius honore atque authoritate, tātum
zeli, tantumque virtutis suscipiatur à
Catholicis Principibus, vt illam suis ar-
mis

mis, omni^{que} conatu defendant. Repugnandum enim omnino est pro defensione domus Dei. Decertandum est omni ope ac viribus pro ea matre quæ nos in Christo genuit, fouit, educavit. Quæcunq; fluctuum vis insurgat, quæcunq; tandem tempestas oriatur, retinenda est hæc tanquam arca Noë, extra quam repertus quisquis est, insanis seculi huius vndis obruitur. Quid mirum, si eam tantopere colimus, per quam solam & nos, & iij ipsi qui ab ea recesserunt, vnum Deum, vnumq; Mediatorem Dei & hominum Iesum Christum didicerunt? Dicant, quænam alia Ecclesia quā Romana Gallicanas Belgijq; prouincias Christianas efficerit? Ostendant posteaquam effectæ Christianæ sunt, per mille & amplius annos cuius alterius authoritas & doctrina, & institutio in eidem prouincijs viguerit, quām Ecclesiæ Romanæ? Si Ecclesia Christi, iuxta scripturas propheticas & Apostolicas, debet esse visibilis, & ex quo fundata est super petram perpetua atque insuperabilis: demonstrent, si possunt, quænam alia quām

quām Romana formam semper aspe-
ctabilē præbuerit in orbe Christiano?
quānam alia tot ab hæresibus atque
schismatibus oppugnata, inuicta nihi-
lominus ad hanc usque ætatem persti-
terit? Nam quod Ecclesiam inuisibile
faciunt, quæ neq; audiri, neq; adiri pos-
sit, ut neq; propheticè illæ cohortanti-
um voces locum habeant: Venite ascé-
damus ad montem Domini, & ad do-
mum Dei Iacob. neque illud Euange-
lij queat obseruari: Si peccauerit in te
frater tuus, dic Ecclesiæ: si Ecclesiam
non audierit, sit tibi sicut Ethnicus
& publicanus. Hoc (inquam) commen-
tum hæreticorum ad eum excogita-
tum finem, ut in questione de Eccle-
sia, pressi facilius effugerent, tanquam
absurdum hoc loco præterimus. Quo-
niam igitur hoc commentum meritò
omnes qui bona mente prædicti sunt,
respuunt, atque Ecclesiam Christi con-
spicuam, illustrem, inuictam, atque in-
superabilem iure habere volunt. tan-
tum abest ut absurde nos facere videri
debeamus, cum Ecclesiam Romanam
tam magnificè prædicamus, ut cæteri
qui

qui huic audeant sua conuēticula præponere, non secus faciant, quām si aut hominis picturam vero homini, aut ymbram corpori, aut arbori effractū ex ea ramum censemant anteponēdum esse. Species enim ac forma quædam Ecclesiæ in illis adumbrata cernitur: Nam imitari student hæretici, cauentque ne omnino à similitudine discessisse videantur, sed mera est inanitas, ac celeriter aut oritur, aut evanescit; cum interim Ecclesia Romana tanquam corpus & præexistat semper, & stabilis solidaque permaneat. Sic in hæreticorum ac schismaticorum cœtibus nihil aliud quām effracti ex arbore Romanæ Ecclesiæ rami cernuntur. Quandam enim arboris quidem huius similitudinem præ se ferunt, quod & ipsi suorum ramuscotorum diffusione patuli, & consimilium ornatu frondium frugiferi appareant: sed nulla decorsum radice figuntur, ideoq; succi vitalis expertes, exarescunt protinus & nudantur, speciemque ipsam quæ prius minus attentos decipere potuerat, deponunt. At ipsa nihilominus arbor & an-

& anterior concidentibus ex ea ramis
inuenitur, & stat viretq; semper altis
defixa radicibus, tametsi magis minūs
ve pro vt quedam eius tempora ferūt,
florere conspiciatur. An ullum ex tot
schismatibus designari potest, quod
non ortum sit Romanæ huius arboris
derelictione? Nōnne aut ambitiosi Ro-
manæ Ecclesiæ sacerdotēs, aut luxuriosi
ciusdem monachi, aut superbi ac teme-
rarij eius discipuli cuncta nobis ad
hanc usque ætatem schismata genera-
runt? Nempe hi omnes, suis quique
vbi corruerant locis, per superbiam se-
se erigentes, ramosque suos quos face-
re sibi potuerant, mira iactatione o-
stentantes, arbor ipsa videri Ecclesiæ
Christianæ voluerunt. Sed quam esset
impudens arrogantia, omnium exitus
probauere. Arefacti sunt suis quique
locis, ac vel potentia Romanæ Eccle-
siæ principum extirpati, aut in mani-
festas ab ipso Christo Apostasias tan-
dem conuersi sunt. At interim nostræ
huius arboris perpetuitatem ac firmi-
tatem declarat à primis Christianis in
eadem professione atque doctrina

con-

continua successio populorum : demonstrat iudicio certissimo , ab ipsa Petri sede , series non interrupta succendentium sibi sacerdotum . Quia in serie atque ordine , et si quorūdam facta improbanda deprehenderentur , nū propterea esset ab ea familiā , cui ali post alios pr̄fūere , discēdendum ? Quorundam enim isti Pōtificum res gestas mirabiliter exagitant , atque in hoc ipso libello , cuius occasione scribimus , sedem Romanam dicere audent bellorum omnium turbarumq; procreaticem . Non hic libet ostendere quām splendide , quām impudenter mūlta de Catholicorum , p̄fertim sacerdotum vita , more suo mentiantur . Tantum quāro , Euangeliōne Christi consentaneum esse putent , vt propter quorundam p̄fectorum vel impunitatem in moribus vel atrocitatem in centuris , vel fastum in gerenda dignitate , ea quę subsit familia , Christi esse familia desinat , aut p̄fectorū sedisq; ipsius authoritas iam nulla sit ? Id si putent , refellit eos in Euangelio Christus ipse , cūm p̄ter seruos prudentes & fideles

D super

50 ORATIO CONTRA

super ipsius familiam constitutos, cō-
moda atq; vtilitates commissi sibi po-
puli curantes ex animo, alios quosdam
futuros significat ob moram adueniē-
tis Domini, longamque patientiam
eius, quæ in profectum humanæ salutis
extenditur, percussores consruorum
suorum insolentissimos, curamque
duntaxat præsentium cultu ventris ex-
ercentes. Hos enim & seruos vocat, ta-
met si malos, ob ministerij ipsis con-
credit potestatem, & familiæ suæ non
alienæ præfectos agnoscit. Si autem id
non putent, cur familiam Christi dese-
runt atq; etiam persequuntur, ob præ-
positorum quorundam improbitatē?
Cur detestantur sedem, quam si dede-
corarunt nonnulli moribus suis malis,
complures alij verè Apostolicis operi-
bus illustarunt? Sed audent etiam be-
stiam impudentissimi homines in hoc
ipso libello Romanam Ecclesiam di-
cere. Itane ergo prius cum hac bestia
tanto amicitia fœdere coniungi & cō-
sociari voluistis? Aut fortè cum vultis,
homines: cum secus libuerit, bestię su-
mus. Si bestia est Ecclesia Romana,

quo-

FALSOS PATRIOTAS. 51


quonam modo fides eius ita peculia-
riter ab Apostolo eius conditore lan-
data est, vt annunciarī & celebris esse
diceretur in vniuerso mundo? Quo-
nam modo cæteræ semper Ecclesiæ cū
hac vna Romana rāquam primaria &
antiquissima, & concordare studiosè
voluerunt, & quemadmodum D. Ire-
næus ait, ob potentiorem principalita-
tem debuerunt? Quidnam rogo diuū
Hieronymum mouerit (cæteros enim
taceo) vt scriberet, nihil esse sibi anti-
quiis, quām Christi iura seruare, nec
patrum transire terminos, semperque
meminisse Romanam fidem Aposto-
lico ore laudatam, cuius se esse partici-
pem Alexandrina Ecclesia gloriatur?
Quibus in terris floruit vñquam Chri-
sti regnum, cum hæc bestia iam inde ab
ipsis Apostolorum temporibus cre-
scens, omnes tandem gentium natio-
nes occuparit? Qui fieri potest, vt bestia
sit Ecclesia Romana, cuius institutio-
ne & in sinū tam multi locis omnibus,
magis angelicam, quām humanā sunt
in terris vitam meditati? Quo pacto
non isti potius ad eam bestiam, que de-

in epist. ad
Theophilū
Alexandri-
nū Episco-
pum, que
incipit, Me
minit bea-
titudō tua.

scribitur in Apocalypsi, pertineat, quorum imbuti doctrinis homines quotidie plurimi, in bestias morum similitudine degenerant? Desinant obsecro tanta rabie maledicere iij, quorum recentem ac nuper rimam originem non ignoramus: quibus neque authoritatem miracula, neque venerationem vita aut eruditio conciliarunt: qui neque sic docent, ut refelli non possint: neque sic viuunt, ut non eorum scelerata in publicos aspectos incurvant: apud quos & inconstantia doctrinæ loquitur, nihil esse diuinum, & acerrime pertinacissimæque de religione corixationes Deum pacis minimè residere testantur. Quorum denique progressus & incrementa qui non videt ab inscatrice quadam viuendi licentia profici, maximaque illic existere, ubi maximè soleat iniquitas abundare, nec scio profectò quibus oculis res humanae contempletur. Quæ cùm ita sint, tantum abest, ut istorum vituperationibus & maledictis moueamur, ut solum Ecclesiæ Romanae culmen suscipiendum esse glorianter prædicemus:

quæ


quæ inter eos procul dubio cœtus, qui
professione coalescunt nomiñis Chri-
stiani, tantum caput extulit, quantum
(vt est apud Poëtam) lenta solent in- Virgil. in
ter viburna cupressi. Hæc postremò, Bucolic.
quoniam sola CHRISTI Ecclesia &
sponsa est, meritò semper pro eius ho-
nore & dignitate certamus: meritò
causam eius semper grauissimam, sem-
per primariam arbitramur, eorumque
iudicium, qui hanc in negotio ciuilis
libertatis postponendam, neq; mag-
nopere curandam censem, meri-
tò prophanum, pernitiosum-
que & Religioni, & Rei-
publicæ iudi-
camus.




182348

OCN 71515880

21 M 1 2





o gōuelox e hīc.
unū id aliquid m
et intatione. **ut**
āmūni est. q. sīn
i copertua sunt.
eēs quicq. sigt. n.
orūnd q̄ pabnua.
it p̄nūamq. mīc
e. eūodamz̄tō
lat. si aliquis dī
hītū. radhīc. z
te eīndeim. eēle
lītūmū ast. n. cō
re em. q. aūt. z hīc
busoz. alia quid
t. qua nō rō. q. q
q. m. aut q. sīt
u. suscep̄tio. l. q. u
l. q. a. l. n. t. v. n. u. m
v. n. e. f. p. p. m. id;
d. q. m. u. d. a. s. t. a. n

1545-50.

